Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



LEVITI

sidabit eum sacerdos. Et inmundum eum decernet. Caro autem et cutis mendata ulcerata est et sanatum. Et in loco ulceris cicatrix apparuerit alba sive subrufa. adducetur homo ad sacerdotem. cum cum viderit locum lepre humiliorem carne reliqua. et pilos ueteres incanduerunt. contaminabit eum. plaga enim lepre orta est in ulcere. Quod si pilus coloris est pristini. et cicatrix subobscura. et nitida carne non est humilior. recludet eum. vii. diebus. Et si quidem creuerit adiudicabit eum lepre. Si autem steterit in loco suo. ulceris est cicatrix. et ideo mundus est. Caro autem et cutis cum ignis tamen fecerit. et sanata. albam sive rufam habuerit cicatricem. considerabit eam sacerdos. et ecce si rufa est in albedinem. Hoc enim est reliquia enim humilior. contaminabit eum. quia plaga lepre inuenta in cicatrice exorta est. Quod si pilorum color non fuerit immutatus. nec humilior. plaga carne reliqua. et ipsa lepre species fuerit subobscura. recludet eum vii. diebus. et die vii. templabit. Si creuerit in cute lepra. contaminabit eum. si autem in loco suo steterit candor. non satis clara. plaga combustionis est. et idcirco mundabitur. quia cicatrix est combusture. Vir siue mulier in quibus capitis fuerit lepra. inuidebit eos sacerdos. et si quidem humiliores fuerint locus carne reliqua. et capillus flauus. solutioris subtilioris contaminabit eos sacerdos. quia lepra capitis est ac barbe. Si autem uiderit locum macule esse planum. nigrum. recludet eos vii. diebus. et die vii. mundabit. Si uero creuerit macula. et capillus sui coloris est. et locus plagae carne reliquae equaliter tectus. homo absque loco maculae. et recludetur vii. diebus alius. Si die vii. visa fuerit stetisse plaga in loco suo. nec humilior carne reliqua. mundabit eum. lotisque uestibus suis. mundus erit. Si autem post emundacionem rursus creuerit macula in cute. non quidem in utrum capillus inflauit colorem sit commutatus. quia apte immundus est. Porro si steterit macula. et capillus nigri fuerit. nouit hominem esse sanatum. et confidenter eum pronuntiet esse sanum et mundum. Vir siue mulier in quibus candor apparuerit in cutibus eos sacerdos. Si deprehenderit subobscurum albedinem incere in cute. sciat non esse lepram. sed maculam coloris candidi. et hominem mundum. Vir de cuius capite elluerit capillus. calvus at mundus est. et si a fronte ceciderit pilus. irrasuleter ac mundus est. Si autem in calvitio siue in recalvatione albus vel rufus color fuerit exortus. et hoc sacerdos uidebit contemplabitque eum. Haut dubie lepre cute est exorta in calvitio. Quicumque maculatus est lepra fuerit separatus ab arbitrium sacerdotis. habebit vestimenta sua dissuta. caput nudum os uelet contectum. contaminatum ac sordidum se clamabit. omni tempore quo leprosus est et immundus. solus habitabit extra castra. Vestis lanea sive linea cum lepram habuerit in stamine aut subtemine. aut cute pellis uel quicquid expelle confectum est. si alba uel rufa macula fuerit infecta lepra reputabitur. ostendeque sacerdoti. qui considerans recludet vii. diebus. et die septimo rursus aspiciens. si creuisse deprehenderit lepra. peneuerans erit pollutum. indicabit uestimentum. et omne in quo fuerit inuenta. idcirco aburetur flammis. Quod si eam uiderit non creuisse. parietet. lauabitque id in quo lepra est. Recludetque illud vii. diebus alius. et cum uiderit faciem quidem pristinam non reuisam. nec tamen creuisse lepram. immundum iudicabit. et igne comburet. eo quod infusa sit in superficie uestimenti. uel prorsum lepra. Si autem obscuior fuerit locus lepre postquam uestis est lota. abrumpet eum. et eso